UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm, Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm Magistratvvm Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum omnium

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

38 Patriæ priuilegia non tollere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-52641

Visual Library

eſt;nec fortis, fortis: imò ſapientiſſima conſilia, inſipienter deſinunt; & generoſa ac fortia facta, turpem & infamem exitum conſequuntur. Sed cogitandum illud Ciceronis: (*Lib. 5. ad fam. epiſt. vlt.*) Præter culpam, aut peccatum homini accidere nihil poteſt, quod ſit horribile, aut pertimeſcendum.

2. *Maximilianus* II. Imp. ſicubi res aduerſæ animũ eius ſollicitarẽt, conceptũ à ſe Symbolũ proferebat: *Dominus prouidebit*. Ita acies mẽtis ad eũ cõuertenda eſt, qui ſpẽ noſtrã in aduerſis nunquã fefellit, & qui in miſericordia omnia diſponit. (*L. Pecenſtin. in Symb. Impp. Dion. Hal. Sap. 15.*)

SIGNVM XXXVIII.

PATRIAE PRIVILEGIA non tollere.

Patriam ornare.

1. REx *Angliæ* Regnum capiẽs, in ſolemni Coronationis Sacro iurat promittitque, omnia iura, libertates, Priuilegia publica & priuata, Iuri cõmuni non contraria, Eccleſijs, Principibus, Baronibus, Nobilibus, ciuibus, incolis per ſuos anteceſſores Reges iuſtè donata, ab Ordinibusq; tempore Interregni ſtatuta, obſeruaturum &c. Iuſtitiamq; omnibus incolis iuxta iura publica adminiſtraturũ. Quòd ſi Sacramentũ violaret, nullã ei incolæ obedientiã pręſtare teneãtur. Eadem eſt reliquorum Regum, Hiſpaniæ, Galliæ, Daniæ, Poloniæ, Imperatoris Germaniæ in aliis Chriſtianis Regnis, & Imperijs conditio.

2. *Duces Brabantiæ* in Belgio, more inſtituto maiorum, etiam obſtringunt ſe iuramẽto, obſeruaturos ſe libertates & Priuilegia patriæ.

3. Cùm à *Ioanne Angliæ Rege* Proceres per-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

let, vt ſincerè confirmaret illis antiquas patriæ eges & libertates, quemadmodũ Regno inaugu-atus iurauerat, ipſe eas ad ſe tranſmiſſas, accu-atè & ſingulatim perlegens, cũ iracundia reſpõ-it: Se nõ magis velle aut poſſe eas ratas habere, aam Diadema Regni ſui tradere: Proceres con-ra retulerunt, ſeſe eum bello ſempiterno proſe-cturos, donec ijs confirmandis iuramento ſuo ſatisfeciſſet, emiſſiſque in omnes Regni partes E-dictis, belli huius cauſſas veras expoſuerũt. Ideo mox non ſolùm omnes per Regnũ Magiſtratus, qui Regio nomine publica munia curabant, ab officijs ſuis exequendis deſtiterunt; ſed & omnes Regis famuli domeſtici eum deſeruerunt, adque Proceres cõuolârunt. Quo tandẽ factũ eſt, vt po-ſtulatis libẽter aſsẽſerit, eaſq; interpoſuerit fidei ae cautiones, quas ipſi Proceres deſiderarent.

SIGNVM XXXIX.

IN PATRIAE GRATIAM MA-giſtratum ſuſcipere.

LIcet viri prudentes non ambiant Magiſtra-tus, tamen oblatos ſuſcipiunt.

1. (*Ab inſtitutione Diuina.*) quia Deus ipſe Ma-giſtratum inſtituit, vt ſit *vindex in irã ei, qui malè* agit: (Rom. 13.) & cùm certis officijs aliquos vult deſtinare, hos donis diuerſis ſolet ornare. (*Plut. de præc. ger. Reip.*) Vt & in apicularum lege naturale quid reperitur ad gubernandum accommodatum: ardet maculis auro ſqua-lentibus, maior paulo & longior eſt, quàm reli-quæ apes, cruribus rectioribus vtitur, ſpiculo caret, quãdiu viuit colitur & obſeruatur, ſimilis exhor-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN